intrant plura ipſum per accidens.8.Phyſi.com[illegible]n.51. & elicitur ex textu.

Abſtinentes,appetentes,& concupiſcentes,non operantur ea quorum habent appetitum,ſed ſequuntur intellectum. 3.de Anima.tex.com.48.

Abſtrahentium non eſt mendacium.2. Phyſi.tex.cõm.18. idem.3.de Anima.35.

Abſtractione Mathematica plerunq; utitur ſcientia naturalis, Alexandri ſententia eſt in pleriſq; locis,& ſignanter in principio libri Priorum analyticorum.Eſtq; dictum nota bile,& aureum. Ex cuius ignorãtia Doctores noſtri Lati ni in pleriſq; qſtionibus in Philoſophia hallucinati ſunt. Scientiæ enim ſibiinuicẽ ſubſeruiunt,ſicut eſt artibus.Certum eſt, quòd naturalis Philoſophus quandoq; concipit formam naturalem ſine materia: nam & Cõmen.dicit in 12.Primæ philoſophiæ in com.39.Intellectus innatus eſt diuidere cõiuncta in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma, & formam à cõgregato ex materia,& forma.Hoc etiam dicit lucidiſſimus Themiſtius in.4.Phyſic.in Digreſſione cõtra Galenũ de ſpecio ſeparato,ubi mouet quæſtionem contra ſe dicens: Sed dices,unde nam ſpacium illud ſi nõ eſt ſeparatũ à corpore, intelligitur tamen quoquomodo ſeorſum à corpore:& ſoluens inquit: Tu uerò (inquit) un de albedinem,unde nigritiem:ea tamen,& ſi in contẽplatione ueniunt ſine corpore,nec tamẽ per ſe ſunt,nec à corporibus redempta,abſoluta,preciſa:ſed ſola eſt cogitatio quæ id cõminiſcitur.Nõ enim idẽ eſt huic aquæ eſſentia, & ipſius aquæ dimenſiones:pariter in hoc uino,& in hoc acre:ſed qualitates tantũ animo ſequeſtratæ,atq; adeo ab iunctę corporibus,non quidẽ ſeorſum habentur,ſed ſeorſum intelliguntur à nobis.Sed tamen in tali cõſideratione Naturalis non utitur abſtractione ſibi propria,quia ipſe à materia ſenſibili non abſtrahit,ut patet in.9.Meta.tex.cõ. 2.& primo de Anima.tex.com.16. Et tamen Ariſto.in.2. Phyſi.definiens naturam quæ eſt forma,inquit: Alio autẽ modo natura utiq; erit habentium in ſeipſis principium motus.Forma,& ſpecies nõ ſeparabilis ens,ſed aut ſecundum rationem.Hoc autem,ut Alex.dicit,eſt,quia Naturalis utitur metaphyſica abſtractione. Ex hoc autem nõ ſequitur,q; ſcientia Mathematica quiditatiuè cõſideret quiditates particulares rerũ naturalium, quatenus naturales ſunt.Similiter Naturalis poteſt iſta abſtractione abſtrahere,ut inquit pfatus Alex.accidentia nouem generũ à ſubſtantia ſecundum rationem.Sed hoc ſecundũ Mathemati cam conſiderationem. Et ſimiliter Naturalis poteſt conſiderare entia quiditatiuè conſiderata, à ſcientia Diuina ſecũdum abſtractionem ſibi propriam,per uiam ſimilitudinis:ſicut quando imaginatur intelligẽtiam in ratione qua eſt anima cœli, ut talis aſſimilatur formæ materiali,ſicut imaginatur eam Cõmẽ.in.2.Cœli.in cõ.3.ubi dicit,q; in telligentia quodãmodo aſſimilatur formæ materiali, in quantum dat orbi motũ circularem,& eſt in eo. Ex hoc autem nõ ſequitur Naturalem quiditatiuè cõſiderare intelligentias,ſicut quidam fatui confeſſi ſunt,intelligentias abſtractas quiditatiuè non ſolum in ſcientia Diuina conſiderari,uerũetiam in ſcientia Naturali.Nullibi enim Ariſt. poſuit,nec aliquis Peripateticus, intelligẽtias quiditatiuè conſiderari, quæ ſunt animæ æternorũ animalium,niſi in ſcientia Diuina.Nam licet Naturalis conſideret intelligẽtia,ut eſt anima cœli,& id genus.clarum eſt intelligentibus,iſta eſſe aduẽtitia,& extranea ſibi, nec ſpectãt ad eius quiditatem,& immorari in hoc eſt ſuperfluũ nimis.Stultas enim opiniones inſectari ſtultiſsimũ eſt, ut dicit Ariſt. 3.de Partibus animalium.cap.4.& primo Topic.cap.9.

Sed dices,ſi formæ,& qualitates naturales poſſunt abſtrahi per rationem, & Naturalis in hoc utitur mathematica abſtractione,quomodo igitur Naturalis conſideratio diſtinguitur à Mathematica? Reſpondetur quòd aliud eſt abſtrahere,& aliud diffinire.Scientiæ Speculatiuæ diſtinguũtur adinuicẽ ex diuerſis modis diffiniendi,ut patet.6. Meta. Diffinitio autem eſt perfecta, & cõpleta quiditatis cognitio.Vnde licet naturalis poſsit mathematica abſtractione formas naturales intelligere ſine materia,non poteſt tamen eas diffinire, quia Naturalis diffinit per materiam.primo de Anima.16.

Abſtracta entia comprehendunt nobilitatem perfectã ſine operatione,& diuerſantur ſecundum magis, & minus.2. Cœli.com.66.Idem ibidem.com.62.&.65.

Abſtrahere,nihil aliud eſt quã facere intentiones imaginatas in actu intellectas,poſtquã erant in potẽtia.Intelligere autẽ,nihil eſt aliud quã recipere has intẽtiones.3.de Aia. cõ.18. Primum dictũ locũ habet de abſtractione quæ eſt opus intellectus agentis.Ille enim eſt qui transfert res de ordine in ordinẽ. Sed eſt alia abſtractio quæ eſt opus intellectus poſsibilis, & eſt quãdo intelligit prius,nõ intellecto poſteriori: ut quãdo intelligit ſuperius ſine inferiori,uel ſubiectum non intellecta paſſione.De tali dicitur.2. Phy.abſtrahentiũ non eſt mendaciũ. Secundũ uerò dictũ Cõmẽta.intelligendũ eſt in prędicatione cauſali,quia formaliter loquendo,receptio intentionis nõ eſt intellectio. Sic enim ſe habet intelligibile apud intellectũ,ſicut ſenſibile apud ſenſum.13.de Anima.text.cõ.2. Modo receptio ſenſatæ intentionis in ſenſu,nõ eſt ſenſatio: quod ratione oſtẽditur,& auctoritate cõprobatur. Ratione quidẽ,nam quæ inuicẽ ſeparantur in eſſe,illa nõ ſunt formaliter eadẽ, neq; realiter: ſed ſtat,q; ſit receptio ſpeciei in ſenſu abſq; hoc,q; cõſequatur ſenſatio. Ad alia enim fortiter intenti, delata ſub oculis nõ uidemus:ut ſcribit Ariſt.in lib.de Sẽſu,& ſenſato.Auctoritas etiã expreſſa de hoc eſt Cõmen. in.12.de Anima.com.149. ubi dicit,q; recipere aliquid eſt aliud à iudicare illud. Et ex hoc patet quantũ erraueriũt Ioan.de Ganda. qui uoluit ſenſationem realiter nõ differre à ſpẽ ſenſibili,& ſequaces.Moderni etiã ſunt in hoc errore: niſi litera ſit corrupta,debeatur q; dici,q; intelligere, nihil aliud eſt quã recipere iſtas intentiones,quod idẽ eſt quod cognoſcere.Et ita credo certius corrigi literã.Si autem dicit recipere, hoc intelligitur in prędicatione cauſali, quia ad hoc ut fiat intellectio prequiritur receptio intentionũ in intellectu materiali,quia ſcribit Cõmen.in cõ.19. Intellectus materialis eſt paſsio, & actio,& prius eſt paſsio, quã actio:quia prius recipit intentiones ules, poſtea fit actiuus,pducendo intellectionẽ. Non enim intellectio quã cõmuniter experimur in nobis,producitur ab intellectu agẽte, ſed ab intellectu poſsibili: quia per intellectum agentẽ,ſecũdum Auer. & antiquos Peripateticos,homo nõ intelligit in principio,ſed in poſtremo,ut fingunt. Vnde Cõmen.accuſat Auẽpacẽ.in.3.de Anima.cõ.59.aſſerẽtem per intellectũ agentẽ nos cognoſcere infinita in propoſitione uniuerſali.Dicit enim q; iudicium, & diſtinctio attribuitur in nobis intellectui materiali, & nõ intellectui agenti.Vnde Ariſto.in.3.de Anima.in principio dicit: De parte autem animæ per quã anima intelligit, & ſapit, ibi Themiſtius,& Cõmentator exponunt.i.per quã nos ſapimus,& intelligimus,& patet q; ille eſt intellectus materialis,& nõ agens,de quo loquitur in princi.3.de Anima.

Abſtractum nõ poteſt moueri.3.Meta.text.com.7.&.9.

Abſtractæ res ſunt priores in eſſe entibus non abſtractis.6. Metaphy.com.3.

Abſtractæ intelligentiæ attribuuntur corporibus cœleſtibus,ſicut anima corpori.8.Metaphy. cõmen.ultimo. Expono,quo ad mouere,nõ quo ad formalem inhærentiã: ut exponit Cõmenta.in.2.Cœli.cõmen.3.& in.2.capite libri de ſubſtantia orbis.

Abſtractorum entium illud quod digitur propter ſe,& deficeratur propter ſe,eſt in fine ſimplicitatis unitatis,& nobilitatis.12.Metaphy.cõmen.37.& textu. Vbi Cõmentator notat Ariſto.ponere differentiam inter primum principium,& alia entia abſtracta: quia alia uidentur eſſe electa,& deſiderata propter alia,ſed principium eſt electum per ſe,& amatũ ab oibus,& tale eſt ens perfectum in fine.

Abſtractum, & concretum (quæ Commentator appellat principale,& ſumptum:nam concretum, ſeu denominatiuum ſumitur à principali) differunt,quia ſumptum,ſignificat illud quod ſignificat principale,& magis. Vita enim

ſignificat

Error Latinorum.

Cap. 8. ſuprà 1c.36.

Te, cõ.12.

uod natu lis nõ cõſi ar quidi ue intel tias ab las,con ionẽ rum.

ibita.

Digreſſio de intellectione qũo eſt intellectus agentis,& qũo intellectus poſsibilis & materialis. Te,cõ.

Cas de odoribus uerſus finem. Aduerſus Io.de Gan. Literæ Ao. correctio.

3.de aĩa: